

FRANCISCUS LAMBERTUS AVENIONENSIS. 455

in dedicat. Epistolâ suâ Exeges. lib. 7 in
sanctus viri Joannis Apocalypsi
excis. in 8. MDCCXVIII. Marpurgi.

DE PATRITIO HAMILTONIO SCOTORUM
Apostolo et Martire p. ad Ill. Landgr.
Hassii PHILIPPUM.

Habisti anno superiore in tua nova Academia Marpurgensi
ex Scotia unum, qui veri sumus in Dei Ecclesiâ attulit gloriam
PATRITIVS HAMILTON, ex illi'stissima Hamiltoni fami-
lia, quæ ex summis Regni Scotiae ac Regi, sanguine proximis
iunctis, est. Is cum esset annorum circiter trium et viginti,
eruditionisq. non vulgaris, et in Dei sermonibus, iudicij,
et certissimi et solidissimi, ab illo mundi angulo, nempe
Scotia, venit ad tuam Academiam, ut abundantius in
Dei veritate confirmaretur, de quo veritatem testor
me vix alium reperisse, qui de eloquijs Dei, spiritualis ac
Synecig loqueretur. Sæpe enim mecum de eisdem contulit.
Præterea et is primus fuit, qui post erectam à tua sublimi-
tate Academiam, in eadem Christianissima aliquot Axio-
mata palam et doctissime, me huic illi consulente asseruit.
Vbi a robustior in pietatis doctrina factus est, assumpto uno ex
tribus, quos secum huic veniens duxerat, redijt in Scotiam
et palam Christum docuit, factus Scotorum primus et idem inclij
apostolus. Mox principes sacerdotum, ac Satrapis suis, apud
Sancti Andreae urbem convenerunt in unum adversus dominum,
et Christum, illiusq. Apostolum PATRITIVM, et illius quantumvis
sanguine clarum, et (ut puto) Rege adhuc p. ero, ab eis